**Dissertatio inauguralis medica continens quaedam de tussis convulsivae causa ... / publice defendet auctor Joh. Fried. Künzel.**

**Contributors**

Künzel, Johann Friedrich.
Merriman, Samuel, 1771-1852
Royal College of Surgeons of England

**Publication/Creation**

Gottingae : Literis Barmeierianis, [1801]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/kj5u958j

**Provider**

Royal College of Surgeons

**License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

CONTINENS QVÆDAM

DE

# TVSSIS CONVVLSIVAE CAVSA

QVAM

ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS

CONSENSV ET AVCTORITATE

PRO

GRADV DOCTORIS

MEDICINAE ET CHIRVRGIAE

IN

*ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA*

DIE IV. APRILIS MDCCCI.

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

JOH. FRIED. KÜNZEL

MVLHEMIENSIS AD RVHRAM WESTPHALVS.

GOTTINGAE,

LITERIS BARMEIERIANIS.

SURGEONS OF ENGLAND

# DE
# TVSSIS CONVVLSIVAE CAVSA.

§. 1.

Tuſſis Conuulſiua praeter alias valetudinis aduerſae formas, quibus infantes praecipue laborantes videmus, medicorum attentionem mereri mihi videtur;

idque variis rationibus

1) Quamquam pertuſſis quotidie haud obſeruatur, haec Valetudinis aduerſae forma raro Tamen non obuenit.

 2)

2) Tuſſis ferina epidemice, ita vt permulti eadem correpti per regionem extenſam infantes inveniantur, ſemper graſſatur. *a*)

3) Numquam tuſſis illa periculo caret. Sedingens dulcium Numerus lactantium matris mammis eadem eripitur, et permulti magnae Spei pueri, praecipue teneres et infirmiores immolantur morti. *b*)

4) Medici de pertuſſis Cauſa non idem ſentiunt, ſed inter ſe diſcrepant, ita vt alter in hoc, alter in illo eandem invenire credat.

*a*) Rosenstein *Anweiſung zur Kenntniſs und K[…] der Kinderkrankheiten (überſ. v. Murray, mit A[…]merk. v. Loder und Buchholz.) pag.* 418.

*b*) Girtanner *Abhandl. über die Krankheiten […] Kinder. pag.* 279. Cullen *Anfangsgründe […] practiſchen Arzneyk.* edit. 2. Tom. 3. pag. 4[…] Hufeland *Bemerkungen über die Blattern* ed[…] *pag.* 475. Rosenstein l. c. pag. 424.

5) Inde evenit, vt ratio medendi eiusdem diuerſa a medicis abhiberetur, nec non remedia ſibi contraria ad eam remouendam laudarentur: Sic e. g. alii commendant venaeſectiones, remediis ſic dictis refrigerantibus coniunctas, c) alii emetica, d) alii purgantia, e) alii incitantia volatilia, f) opium, moſchum,

c) Stoll praelectiones in diverſos Morbos chronicos pag. 300. Hurhami opera phyſico-medica (cur. Reichel) Tom. I. p. 347. 299. Girtanner l. c. p. 279. Cullen l. c. p. 466.

d) Girtanner l. c. p. 280. Cullen l. c. p. 469. Armstrong *Sammlung auserleſener Abhandl.* l. c. Tom. 4. p. 107.

e) Stoll l. c. pag. 299. Huxham l. c. p. 299. 347. Werlhoffii Opera Medica (edit. Wichmann) Pars 3. p. 691. Hillang *Beobachtungen über die Veränderungen der Luft, und die damit verbundenen epidemiſchen Krankheiten auf der Inſel Barbados. (aus dem Engliſchen, von Ackermann) pag. 55* Strandberg. *Abhandl. der königlich ſchwediſchen Akademie der Wiſſenſchaften. 1749 p. 251.*

f) Butter treatiſe on the chin-cough. Websteri med. prax. Syſtem. Tom 2. p. 146. Fulles pharmacopoea extemporanea p. 206.

ſchum, e. c. alii permanenter incitantia ſic dicta roborantia, Cort peruv, *g*) extr. amara, *h*) alii frigus, *i*) alii calorem, *k*) atque alii alia laude adferunt.

6) Tandem tuſſis conuulſivae curatio ſaepiſſime hactenus fuit infauſta; ita, vt haud exigua infantum, ab eadem Correptorum, pars vel atroci dirimeretur morte, vel ſanitatem amitteret priſtinam. *l*)

Qui-

g) Bisset medical eſſays and obſervations 183. Whytt *ſämmtliche zur practiſchen Arzneykunde gehörige Schriften pag. 643.* Murray de tempore cort. peruv in Tuſſi conuulſiua rite exhibendi. Goetting. 1776. Loder *Anmerk. zu Roſenſteins Kinderkrankheiten. p. 426.* Cullen l. c. p. 473. Armstrong l. c. p. 113.

h) Hufeland l. c.

i) Huthamm l. c.

k) Girtanner l. c. Aaskaw *Sammlung auserleſener Abhandl. für practiſche Aerzte.* T. 4. *p. 514.*

l) Vogel praelectiones de Cognoſcendis et Curandis praecipuis Corporis humani affectibus (edit. 2.) p. 412. Lentin memorabilia l. c. p. 38. Rosenstein l. c. p. 425.

Quibus omnibus ductus, tuſſin ferinam, eiusdem paucis mentionem facienda haud eſſe, puto indignam. Minime vero mihi in mente eſt, fuſam de hac valetudinis aduerſae forma dare deſcriptionem, quod enim non paucos iam feciſſe medicos, quis eſt, qui neſciat? *m*) Sed de eiusdem cauſa tantum breuibus loquar.

Priusquam autem exponam, quae de hac ſentio, de iis quaedam adiicere liceat, quae alii de eadem Crediderunt medici.

§. 2.

Plurimi, paeneque omnes medici pertuſſin tractantes, in eo, vt, tuſſin Conuulſiuam ex Contagio originem ſuam quodam ducere eademque ab altero ad alterum propagori, dicant, conueniunt. Quibus ad numerandi ſunt Roſenſtein, *n*) Hillang, *o*) Cul-

*m*) Danz *Verſuch einer Geſchichte des Keichhuſtens*, 1791.

*n*) l. c. pag. 423.

*o*) l. c. pag. 54.

Cullen, *p*) Girtanner, *q*) Hufeland, *r*) Brown, *s*) Weickard, *t*) aliique.

Contagium illud quidam *u*) dicunt, primos tuſſis ferinae paroxysmos efficere; ſequentes autem cauſis variis occaſionalibus, motu Corporis nimio, ventriculo nimis onerato, diſpeſia, vermibus, fumo inſpirato quodam, odoribus ingratis penetrabilibus, animi perturbationibus vehementibus aliisque produci credunt.

Contagium, alii dicunt, per aerem diffuſum, per eundem inſpirari, pulmonumque nervos ad motus incitare Spaſticos *x*)

Alii

*p*) l. c.

*q*) l. c. pag. 274.

*r*) l. c.

*s*) GIRTANNER *Darſtellung des Browniſchen Syſtems* Tom. I. *pag. 166.*

*t*) *Mediziniſches practiſches Handbuch auf Browniſche Grundſätze und Erfahrung gegründet.* Tom. I. *pag. 239.*

*u*) CULLEN l. c. GIRTANNER l. c. HUFELAND l. c.

*x*) HILLANG l. c. p. 54.

Alii, Contagium illud, dicunt, ſtatum producere inflammatorium, hyperſthenicum, eaque ex ratione venaeſectiones et methodum Commendant antiſthenicam y) alii ſtatum gaſtricum, atque emetica et purgantia laudant. z)

Quibus vero omnibus de tuſſis ferinae cauſa opinionibus aſſentire nequeo, ſed puto, morbum oriri ſine contagio.

Quamquam hic locus deeſt, de Contagiorum in producendis morbis effectu diſſerere, liceat mihi, quaedam de illo afferre.

Contagium, vt ſentio, triplici modo morbum procreare valet.

1) Contagium incitat, incitationem nimis auget, ſtheniamque producit. ſic E. 9. Contagium varioloſum, morbilloſum *) quod vero de pertuſſis Contagio ſic dicto

y) Huthamm l. c.

z) Stoll l. c. p. 291. Hillang l. c. Rostein l. c.

*) Brown l. c. p. 29.

dicto non valet; quacum enim ſthenia numquam coniuncta eſt, ſed aſthenia directa, ſicuti mox videbimus.

2) Contagium quoddam eo gradu incitat, vt aſtheniam efficiat indirectam. Quae autem Tuſſi ferinae quoque abeſt; nam aſtheniae indirectae ſemper ſtheniam antecedere, neceſſe eſt, licet eadem per breve tempus duret. *a*) Nil autem hanc pertuſſi antecedentem probat.

3) Aſtheniam directam an contagium queat producere? Quod ad determinandum, debeamus loqui antea quid ſit contagium! quod vero vltra iacet huius opuſculi limites. Cum autem potentiam nocentem, aſtheniam directam procreantem, in aeris quadam modificatione conſiſtentem, contagii nomine appellare vellemus, tunc quoque dicere poſſemus, tuſſin conuulſiuam ex contagio originem ſuam ducere, ſed ſi pro

*a*) Roschlaub *Unterſuchungen über Pathogenie.* T. I. *p. 491.* (edit. 2.)

pro contagii requiſito habeatur, eodem morbum ab altero ad alterum transduci poſſe, tunc pertuſſis eiusdem epidemica, minime vero contagioſa dici meretur. Quamquam illa enim originem ſuam aeris modificationi cuidam debet, attamen ab altero ad alterum transferri poſſe non credo, licet quidam medici hoc contendant. *b*) Sed Satis de hoc.

Minime vero omnes de tuſſi ferina auctores illius contagium adſumunt, ſed quidam contendunt morbum non eſſe contagioſum *c*) Vogel, ſine Contagio, inquit, certe graſſatur.

Non deſunt tandem medici, frigus, dicentes, calorem ſubſequens praecipuam tuſſis conuulſivae occaſionem *d*) quorum opinio-

*b*) Rosenstein l. c. p. 418.

*c*) Danz l. c. Vogel l. c. p. 411.

*d*) Werlhof l. c. p. 690. Huthamm l. c. Tom. I. p. 299 — 346. Sydenhamm opuſcula p. 392. Fr. Hoffmann diſſ. de tuſſi conuulſ. Hallae 1732. Ejusd. Syſtem. Medic. rational Tom. IV. p. 3. p. 370. Vogel l. c. p. 411.

nionibus non diſſentio ſicuti mox pluribus dicam.

Quae de medicorum, de tuſſis conuulſiuae cauſa opinionibus dixiſſe ſufficiant. Plura quidem offere poſſem, ſed tantum oſtendere volui, medicos de tuſſis conuulſiuae cauſa hactenus inter ſe diſcrepaſſe; nec fuſam de hac valetudinis adverſae forma deſcriptionem dare, mihi fuit propoſitum.

§. 3.

Quibusdam nunc Medicorum opinionibus praemiſſis, noſtram de tuſſis ferinae cauſam afferre liceat.

Illius valetudinis aduerſae formae, tuſſis nempe Conuulſiuae, cauſa in aſthenia vniuerſali, Cuius praecipuus gradus pulmonibus ineſt, conſiſtere mihi videtur. Quod ad arbitrandum, ſequentia Contemplans ſum de ductus.

1) Pertuſſi per longum tempus iam antecedit ſtatus incitationis incitamentorum de-

defectu abſoluto diminutae, opportunitas ad aſtheniam directam.

2) Ipſi morbo immediate antecedunt potentiae nocentes, quae organismo vniverſali, praecipue verò pulmonibus incitamentum adimunt ſufficiens, aſtheniam procreant directam.

3) Pertuſſis paroxysmi potentiis directe debilitantibus producuntur.

4) Debilitantia remedia medici in tuſſi ferina remouenda obſeruarunt inutilia atque nocentia, quaecunque incitantia vero ſalubria.

Quae omnia fuſius nunc perſpiciemus.

§. 4.

Permultos de pertuſſi medicos legimus Scribentes prae aliis infantibus teneres debiles ac valetudinarios tuſſi Corripi ſolere Conuulſiua. *e*)

Qui-

*e*) Girtanner l. c. pag. 279. Hufeland l. c. p. 476.

Quibus omnibus incitatio ex inopia incitamentorum abſoluta diminuta eſt, ſiue ad aſtheniam opportunitas directam. Morbo autem antecedens opportunitas quaedam ſignum maximae grauitatis diagnoſticum diatheſis habenda eſt praeſentis, ita, vt opportunitatem ſubſequens diatheſis cum illa ſemper ſit vniuseiusdemque naturae, ſi potentiae nocentes eiusmodi, quae opportunitatem procreauerant eandem ad eum gradum augebant, vt morbus enaſcatur; nec potentiae nocentes oppoſitae naturae aduenifſent, morbumque effecifſent. *f*)

Cum inde tuſſi ferinae opportunitas antecedat ad aſtheniam directam; opportunitas autem potentiis nocentibus eiusmodi, quae illam procreauerant, augeatur, dum pertuſſis exoritur, ſicuti mox videbimus; quibus ex omnibus elucet, tuſſi conuulſiuae adeſſe aſtheniam directam. Sed quae de hoc ſufficiant, cum partim diſſertationis anguſtiae haec fuſius exponere non permittant,

*f*) Roschlaub l. c. p. 460. Brown l. c.

tant, partim illa omnia ſatis iam ſint tractata. g)

## §. 5.

Ad alterum transgrediamur opinionis meae argumentum, in eo poſitum vt pertuſſi potentiae nocentes, quibus organismo vniuerſali, praecipue vero pulmonibus, incitamenta adimuntur, aſthenia vniuerſalis, maior autem pulmonum efficitur, immediate antecedant.

Quibus tuſſis Conuulſiuae Cauſae momentis externis adnumeranda mihi videntur ſequentia.

1) Frigus, praecipue humidum, caloremque ſequens. Permulti litteris demandarunt medici, tuſſin Conuulſiuam epidemicam graſſari, vel cum tempeſtas eſt frigida et humida, vel maxime, cum eadem ſequitur calidam. Fr. Hoffmann

g) Roschlaub l. c. p. 457. Tom. III. p. 37.

mann *h*) tuſſin hanc epidemicam, ſi aeſtatem ſiccam calidamque excipiat autumnus humidus et frigidus graſſari, obſeruauit.

Sydenham *i*) dicit ſe obſervaſſe pertuſſin menſe Nouembr. Anni MDCLXXIX, cum praecedems menſis pluribus maduiſſet pluviis. Huxham *k*) ſe pertuſſin vidiſſe inquit, maxime tempore frigido humido que. Idem notauit Stoll. *l*) Werlhoff *m*) tuſſin ferinam putat originem calori primi veris diurno fere aeſtiuo, noctibus autem frigidiusculis debere.

Liceat huius viri illuſtr. adducere ipſiſſima verba: maxime ex frigoris, ait, et caloris alternis vicibus, vel per tempeſtatum ineuitabiles iniurias, vel per diaetae hypocauſtonum, et potus praecipue vitia per-

*h*) l. c. p. 370.

*i*) l. c. p. 392.

*k*) l. c. Tom. I. p. 299. 346.

*l*) l. c. Tom. I. p. 291.

*m*) l. c. p. 473.

pertuſſis produci ſolet. Huius ſententiae haud minus eſt Hufeland. *n*) Vogel *o*) quovis dicit anni tempore, quo repentinae frigoris et caloris viciſſitudines, tempeſſates pluuioſae, ventique frigidi corpora diu affecerunt, tuſſis conuulſiua populariter graſſatur.

Aere frigido, praecipue calidum ſequente, eodemque alternante, organiſmo vniuerſali caloris incitamentum, ad vitam et ſanitatem neceſſarium, deducitur; eoque modo incitatio ob abſolutum incitamenti defectum diminuitur, aſthenia procreatur directa vniverſalis. Licet autem incitamentum aere frigido vniuerſo deducatur organiſmo, quod praecipue vero pulmonibus contingit, quos frigus aere inſpirato maxime afficit; ideoque maximus aſtheniae gradus in illis progignitur, ſicuti quoque in tuſſi ferina locum habet. Quod vero pluribus expo-

*n*) l. c. p. 473.

*o*) l. c. p. 411.

exponere, ſuperfluum foret, cum Brown *p*) et Roſchlaub illud ſatis tractaverint.

Aerem frigidum inde praecipuum tuſſis ferinae cauſae eſſe, putamus, momentum externum.

Ex quibus, pertuſſin ſemper epidemicam graſſari, explicari poteſt, licet nullum adſumamus Contagium. Aer enim frigidus non ſolum in vnum, ſed in omnes, illi ſeſe exponentes, homines per regionem extenſam effectum ſuum exſerit. Eodemque tempore, quo infantes tuſſi laborant Convulſiua, adulti rheumataligiis, pleuritibus et peripneumoniis aſthenicis Corripi ſolent *r*) An id, quod infantes fere ſoli, nec niſi rariſſime adulti, tuſſi ferinae ſubiecti ſint, maiori illorum incitabilitatis gradui ſit tribuendum *s*) probabile mihi videtur.

Diaeta

*p*) l. c. Tom. 2. p. 74.

*q*) l. c. Tom. 2. 3.

*r*) Hufeland l. c. p. 473.

*s*) Ibid. p. 475.

Diaeta haud ſatis incitans, vegetabilis, potiones ex aqua frigida, vel cereuiſia acida ac tenui, lac matris aut nutricis inſanae aliquid ad pertuſſin promouendam conferre mihi videntur.

Quibus enim omnibus incitamentorum defectus abſolutns augetur, incitatio magis diminuitur, et aſthenia augmentatur directa. *t*)

Inde euenit, ut, quamquam diuitum infantibus haud parcit, pertuſſis, illi pauperum ab eadem praeter alios corripi ſoleant.

Nunc ſatis probaſſe puto, tuſſi Convulſiuaepotentias nocentes directe debilitantes immediate antecedere. Cuicunque vero morbo illae progrediuntur, ad praeſentem concludere poſſumus aſtheniam directam. *u*)



*t*) Brown l. c. p. 75. Roschlaub l c. Tom. 2.

*u*) Roschlaub Tom. 1 p 460.

§. 6.

Opinio mea eo magis ſtabilitur, quod tuſſis ferinae paroxyſmi potentiis nocentibus, directe debilitantibus adducantur. Culln x) et Girtanner y) illos effici, dicunt motu corporis nimio, ventriculo nimis onerando, animi vehementibus perturbationibus, aliisque eiusmodi momentis externis, Omnia vero illa directam procreare aſtheniam, Roſchlaub z) et Niemeyer a) ſatis probantes legimus; propterea que illud demonſtrare ommittere poſſumus.

§. 7.

Ad vltimum nunc peruenimus opinionis noſtrae de pertuſſi cauſa argumentum in eo poſitum, quod remedia debilitantia a quibusdam medicis in remouenda tuſſi ferina ob-

x) l. c.

y) l. c. pag. 275.

z) l. c. Tom. 2.

a) Materialien fur Erregunstheorie (edit. Muhry). pag. 3.

obſeruata ſint inutilia atque nocentia, quaecunque incitantia vero ab omnibus iuvantia et ſalubria.

*A.* Quoad remedia debilitantia medici de illis inter ſe differunt; alii nempe illa noxia habent, alii eadem laude adferunt.

Inter primos referendi ſunt Brown *b*) Weickard *c*) Girtanner *d*) Geſſner *e*). Girtanner purgantia in tuſſi ferina curanda plane reiicit, eademque inquit, detrimentum inferre. Geſſner emetica absque ſperato effectu dedit. Brown et Weickard omnia illa prorſus condemnant.

Nec deſunt medici illa laudantes; quibus adnumerari merentur Hillang *f*) Strand-

*b*) l. c. Tom. 2. p. 166.

*c*) l. c.

*d*) l. c.

*e*) *Sammlungen von Beobachtungen für der Arzneygelahrtheit.*

*f*) l. c. p. 55.

Strandberg *g*) Cullen *h*) Roſenſtein *i*) Bucholz *k*) Huxham *l*) Hufeland *m*) aliique.

Quod noſtram opinionem de tuſſis conuulſivae Cauſa refutare videri poſſet; ſed illorum remediorum commendatio quadruplici modo explicari poteſt.

1) An adeſſet vera tuſſis Conuulſiua, vbi illa remedia inueniebantur ſalubria? Adeſſetne potius quandoque Catharrhus ſthenicus, in quo illa ſalubria. *n*)

2) Medici emetica atque purgantia iis adhibebant rationibus, vel ad Contagium emeticis expellandum *o*) vel ad ſordes gaſtricas, pituitam E. 9. quas cauſam morbi

*g*) l. c. pag. 257.

*h*) l. c.

*i*) l. c.

*k*) *Anmerkungen zu Rorenſteins Kinderkrankheiten.*

*l*) l. c.

*m*) l. c.

*n*) Hvfeland l. c. p. 476.

*o*) Cullen l. c. p. 465. Strandberg l. c.

morbi habebant euacuandas *p*) vel ad ſtatum inflammatorium, ſthenicum, quem adeſſe arbitrabantur, venaeſectionibus, et remediis ſic dictis refrigerantibus remouendum *q*) ſed vidimus, in quibus omnibus pertuſſis cauſam non eſſe quaerendam: atque inderatio abeſt, propter quam medici illa adhibebant.

3) Omnes fere medici poſt methodum adhibitam refrigerantem et euacuantem, remedia dederunt incitantia, atque his morbus ſublatus eſt. *r*) Sanatio aegrotorum igitur minime remediis debilitantibus, ſed incitantibus perficiebatur. Sic. E. g. Bucholz *s*) initio morbi laudat vinum antimoniatum Huxhami, ad emeſin provocandam tunc moſchum, lau-

*p*) Buchholz l. c. Rosenstein l c. Stoll l. c.

*q*) Huxhamm l. c.

*r*) Hillang l. c. p. 56. Strandberg l. c. Bucholz l. c. p. 432. Rosenstein l. c. p. 436. Hufeland l. c. Cullen l. c.

*s*) l. c. p. 432.

laudanumliquid: Sydenhami, tandemque decoct. cort. peruv. cum Tinct. cantharid. et laud. liq. Syd. nec non clyſmata ex radice valerianae adhibebat. Quae vero remediorum adhibitorum morbum remouerent? an emetica, an incitantia? Ego puto incitantia. Murray *t*) ſe coactum eſſe inquit, cort. peruv. praeſcribere, antequam reſoluentibus, emeticis ac purgantibus effeciſſet, vt tuſſis ſine vomitu ceſſaret. Hufeland *u*) Sanationem dicit, ſolis adhibitis remediis reſoluentibus et euacuantibus non poſſe perfici.

4) Ponamus autem, vt pertuſſis ſymptomata, adhibitis emeticis et purgantibus mitigarentur, vel evaneſcerent, tunc hoc minime probaret, morbum eſſe ipſum mitigatum aut remotum, valetudinis enim forma aduerſae tantum permutata eſſe poteſt.

Qui-

*t*) *Anmerkungen zu Roſenſteins Kinderkrankh. pag.* 437.

*u*) l. c. p. 483.

Quibus exomnibus patere mihi videtur, meam de pertuſſis cauſa opinionem eo haud refutari. Quod medici ad illam fugendam remedia adhiberent debilitantia. Plura de hac re adferre, diſſertationis limites vetant.

*B.* Quicunque de tuſſi ferina auctores ad eam debellandam incitantia magna cum laude adferunt, de quibus nunc pauca.

1) Haud deſunt medici, qui diaetam incitantem, iuscula carnea, oua *x*), nec non vinum generoſum *y*) ad pertuſſin profligandam Commendant. Nihilominus dantur, diaetam vegetabilem anteponentes. *z*)

2) Unanimiores autem ſunt medici in laudandis remediis incitantibus, pharmaceuticis, fere omnes quaeque ad per-

*x*) Weibkard l. c. pag. 240.

*y*) Idem. Schæffer *in Huſelands Journal 6. B. pag. 258.*

*z*) Cullen l. c.

pertuſſin remouendam celebrant. Quibus remediis adnumeranda ſunt ſequentia

1. Opium. *a*) Hufeland et Girtaner hoc praecipuum appellant in tuſſi conuulſiua

2. Moſchus *b*)

3. Caſtoreum *c*)

4) Csmphora *d*)

5)

*a*) Butter l. c. Girtanner l. c. p. 282. Hufeland l. c. pag 506. Bucholz l. c. p. 432. Selle Med Clinica (edit 6.) p. 419.

*b*) Aaskow l. c. p. 516 Berger *Sammlung auserleſener Abhandl. für practiſche Aerzte. B. 4. p. 416.* Hillang l. c. p. 56. Fuller l. c. p 206. Webster l. c. p. 146. Gessner l. c. Hufeland l c p. 508.

*c*) Morris Medical obſeruations and inquires Vol. 3. p. 281.

*d*) Butter l. c. Bang praxis med. Syſtem. expoſita p. 385.

5. Extract. Hyoſciami *e*)

6. Extract. Cicutae *f*)

7. — Nicotianae *g*)

8. Tinct. Cantharidum *h*)

9. Valerina *i*)

10. Belladonna *k*)

11. Aſafoetida *l*)

12)

*e*) Loder l. c. p. 426. Hufeland l. c. p. 507.

*f*) Armstrong l. c. p. 109. Butter l. c. Lentin l. c. p. 79.

*g*) Rosenstein l. c. p. 430. Gessner l. c.

*h*) Hillang l. c. p. 56. Loder l. c. p. 426. Hufeland l. c. p. 518. Lettsom. *Sammlung auserleſener Abhandlungen für practiſche Aerzte. B. 4. pag. 113.*

*i*) Hufeland l. c. p. 521.

*k*) Buchhave *Sammlung auserleſener Abhandlungen für practiſche Aerzte. Band 14.* Schæfer l. c. p. 258.

*l*) Milear Obſervations on the Aſthma and on the Hooping-Cough p. 132.

12. Ledum palluſtre *m*)

13. ♎ ⊖ dulcis *n*)

14. Balnea Tepida *o*)

15. Spiritus nitri dulcis *p*)

16. Liquor Cornu Cerui Succ. *q*)

17. Cort. peruuian. *r*)

18. Lichen islandicus *s*)

19. Extracta amara *t*)

Quae

*m*) LENTIN l. c. p. 89. ROSENSTEIN l. c. p. 426.

*n*) *Hannoverſches Magazin Stück 80. 1768.*

*o*) AASKOV l. c. p. 514.

*p*) VOGEL l. c. p. 414.

*q*) *Ibidem.*

*r*) ARMSTRONG l. c. p. 113. LETTSOM l. c. p. 112. LODER l. c. p 416. MURRAY l. c. LENTIN l. c. p. 79. BISSET l. c. p. 182. CULLEN l. c. p. 473. GIRTANNER l. c. p. 283. HUFELAND l. c. VOGEL l. c. p. 415.

*s*) *Idem.*

*t*) *Idem.*

Quae ſunt praecipua in tuſſi debellanda conuulſiua fere ab omnibus medicis vnanimiter celebrata remedia. Omnia incitant; atque inde in ſthenia adhiberi et ſalubria eſſe nequeunt, ſed ſi hoc euenit, aſthenia adeſſe debet.

§. 8.

Dixi nunc pauca, quae proferre mihi in mente fuit. Vidimus

1) Momentum tuſſis ferinae Cauſae internum, Cauſam veterum praediſponentem, in incitatione Conſiſtere defectu incitamentorum abſoluto diminuta;

2) Momenta pertuſſis cauſae externa, cauſas ſic dictas occaſionales, eſſe directe debilitantia;

3) Tuſſis paroxysmos produci potentiis directe debilitantibus;

4)

4) Morbum methodo medendi incitante, permultis teſtantibus medicis, fugari

Ex quibus omnibus elucere mihi videtur, tuſſis conuulſiuae cauſam, ſic dictam proximam eſſe aſtheniam directam.

# THESES.

I.

*Nullum certum conceptionis Signum dari poteſt, et nulla primis temporibus indubitata grauiditatis diagnoſis.*

II.

*Somno incitatio augetur.*

III.

*Aſthenia indirecta, nulla praecedente hyperſthenia, oriri ſubito nequit.*

IV.

*Senes plerumque verſantur in opportunitate ad aſtheniam directam.*

V.

V.

*Plurimi homines moriuntur aſthenia directa.*

VI.

*Partis gangraenoſae amputationem inſtitui, rariſſime conuenit.*

VII.

*Suturas trepano perforare, quandoque licet.*

VIII.

*Suplicia prorſus ſunt damnanda.*

IX.

*Impotentia relatiua iuſta diuortii eſt cauſa.*

X.

*Non dantur vires naturae medicatrices.*

SOME TIGHT
GUTTERS